

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas num. XLI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1753

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-241482)

Tab. III. dit. In ambitu epigraphe, ordine præpostero posita, sic sonat: FERDINANDVS. D. ei G. gratia ROMA NORVM HVNGARIA BOEMIAE INFANS. HISPANIARVM ARCHIDVX AVST. REX. quæ ultima vox post BOEMIAE incidenda fuerat.

Alter facies CAROLVM V. eodem habitu, quo in aduersa FERDINANDVS sistitur, sinistrorsum tamen versum, repræsentat, & ex geniis alter scutum cum aquila bicipiti ostendit, alter similiter tesseram *Austriacam*. Epigraphe hoc versu absolvitur: PROGENIES DIVVM QVINTVS SIC CAROLVS ILLE IMPERI CAESAR.

Quæ sequuntur: LVMINA ET ORA, seorsim sumenda, atque effigiem Cæsaris indigitare videntur, quanquam reliquæ inscriptioni adiecta, fere distichon efficiant. Numismatis ætas ex sequenti nummo eruenda est, atque ad annum 1550. quam epocham sequens præfert, reponenda; utpote cum alterum ad alterius normam exactum, simillima quoque vultuum lineamenta exhibeant. *M. S. B. ar. deau. fus. triplici catenula suspens. pond. sesquiunc.*

XXXIX.

Tab. IV. FERDINANDVS DEI GRATIA ROMANORVM HVNGARIAE BOEMINI (pro *Bomia* vel *Bohemia*) INFANS HISPANIARVM ARCHIDVX AVSTRIÆ REX. (quæ vox denuo suo loco, ut in præcedenti ponenda fuerat.) 1550. Protome FERDINANDI cataphracta cum insigni ordinis aurei velleris, capite nudo, ad lævam converso.

(a) SURIUS Commentar. ad an. 1550. p. m.

Aversa effigiem CAROLI V. FERDINANDUS I. IMP. eodem fere modo exhibet. Ad datur versus:

PROGENIES DIVVM QVINTVS SIC CAROLVS ILLE IMPERII CÆSAR LVMINA AETATIS SVAE L.

Vocabulo: LVMINA, denuo effigiem denotari puto; nam quod in præcedenti nummo subsequitur: ET ORA, hic a sculptore angustiae causa omissum fuisse videtur.

Convenerunt hoc anno CAROLVS & FERDINANDVS denuo Augustæ Vindellicorum ad celebranda comitia (a): ubi insignis hic nummus aureus facile signatus fuit, eorundemque honoribus una cum præcedenti datus. *M. D. de FRANCE au. pond. 50. duc. XL.*

† MAXI. MILIANVS CARO. LVS ET FER. DINANDVS D. EI G. GRATIA RO. MANORVM CÆS. AVES REG. ES HISP. ANIARVM 90. Protomæ iugatae trium Cæsarum, in epigraphe nominatorum, qui togis induti atque ordinis aurei velleris tessera conspicui, dextrorsum conversi sunt.

In postica aquila Imperii biceps scutum pectore gerit, a summo bipartitum, *Castiliae* & *Austriæ* insignia referens; adiecta titulorum continuatione: HVNGARIA BO. HEMIA DALMATIAE CROATIA & ET CETERA ARCHID. UCES AVST. REX D. UCES BVR. GUNDIA.

Aquila Imperialis biceps, scutum pectore gerens, a summo bipartitum, quod *Castiliae* & *Austriæ* symbola continet.

Numerus 90. in peripheria aduersi lateris expressus, annum utique signati nummi indicat; nam

451. SLEIDAN. lib. XXI.

FERDI-
NANDUS
I. IMP.

nam si pretium minoris monetae, unciali illorum temporum nummo respondens, significaret, scribendus potius, ex usu horum temporum, fuerat numerus 72. uti ex nonnullis sequentibus planum fiet.

Habetur praeterea alius, huic per omnia similis, atque ex eadem *matrice*, quam vocant, eductus, qui eundem nonagenarium praefrens numerum, duas tamen appendit uncias, quae valorem nonaginta crucigerorum longe excedunt. Superest itaque, ut nummum hunc anno 1590. in memoriam trium istorum Caesarum signatum, atque adeo *restitutum* fuisse dicamus. *M. S. B. ar. pond. 1. unc.* & MELL. p. 69.

XLI.

Idem plane nummus, ac praecedens, in eo tantum differt, quod hic tria Caesarum capita sinistrorsum sint versa, & numerus 90. desit, est quoque leve discrimen in epigraphe; praeterea aureum vellus hic a torquibus dependet.

Postica pariter praecedenti averfae correspondet; epigraphe tamen variat in vocibus: *Duces Burgundiae*, quae hic additione litterarum expressae sunt: *DV. BVRG.* nam praecedens tantum habet: *D. BVR.*

In Museo BUOLIANO idem nummus adservatur in auro ponderis 10. ducatorum. Sed in averfa parte effigies conspicitur MATTHIAE Caesaris, cum hac epigraphe: *MATTHIAS. ROM. IMP. S. A. G. H. BO. REX.* Itaque imperante MATTHIA percussus fuit. Confer num. XXXIX.

in MATTHIA Imp. Quo firmatur nummum hunc iconicum in honorem trium Imperatorum in eo expressorum, subinde aliis typis nummariis percussum esse. MELL. p. 72. Tab. IV.

XLII.

† FRIDERICVS. III. RO: *ma-*
norum IMPERATOR. S. *emper* AVG.
ustus Caput FRIDERICI corona-
tum cum lorica & aureo velle-
re ad medium pectus, a dextris
sinistrorsum.

Averfa pars easdem, quas nummus superior, in antica effigies una cum pari epigraphe contuendas offert. *M. D. de FRANCE ar. pond. semunc. 1. dr.*

XLIII.

IMP: *erator* CAECAR (pro *ca-*
far) FERDINAN: *us* I. AV. *gu-*
stus. Protome Imperatoris in
toga, cum patagio pellito, tor-
que aurei velleris & caliptra in
capite, ad laevam respiciente.

Nummum hunc, qui ad iconicos spectat, etiam restitutus accensimus. Titulus in epigraphe FERDINANDO tributus, plane infuetus est, & insolitus.

Orbiculi, in peripheria adiecti, licentiae pictoris *Hereani*, ut alias iam monebam, adscribendi sunt.

Ceterum extat in gazis aulae Vindobonensis nummus aureus sex ducatorum, qui hanc adversam, cuius typum HERAEUS dedit, repraesentat: in averfa vero MAXIMILIANI II. & MARIAE coniugum capita iugata sistit. Unde coniectura nostra haud parum confirmatur. *T. H.*

XLIV.

Vir barbatus & mitratus, dextra sceptrum, superne in flo-
rem

Tab. IV. rem desinens, tenet, & quasi e porticu, in utroque latere foliorum & equitum figuris ornata, prospicit, sub qua hanc inscriptionem, ex Sacra scriptura desumptam legimus: ISAIE. VII. CA. *p*ite ECCE. VIRGO. CONCIPIE. *t* ET. PARIET. FILIV. *m* ET. VOCABIT. *ur* NOMEN. EIVS. EMANVEL NOBISCV. *m* DEO.

In postica, pars quædam titulorum legitur: ARCHIDVX. AVSTRIE. DVX. BVRGVNDIE. ET. CARINT^{hi}a. Scutum maius, torque aurei velleris cinctum, imposito Archiducum pileo, tesseras *Austrie*, *Burgundie*, *Habsburgi*, *Legionis*, *Castilie*, *Arragonie* & utriusque *Sicilie* complectitur. Decem aliæ in orbem dispositæ parmulæ scutarie symbola referunt: *Austria*, *Carinthia*, *Tyrolis*, *Carniola*, *Alsatia*, *Burgundia*, *Wurtembergia*, *Superioris Austria*, *Styria* & *Habsburgi*.

Recte monet Cl. a MELLE: typum hunc ad FERDINANDUM I. Archiducem pertinere, quamquam eius nomen in epigraphe haud sit expressum; nam correspondet alteri, ab eodem auctore in præcedentibus allato unciali nummo.

Quid vero de ænigmate adversæ partis statuendum sit, aliis discutiendum relinquit; & sane Oedipo opus habet, qui exponat, quid hoc, ex veteri testamento depromptum, de futura Filii Dei Incarnatione vaticinium, in nummo Archiducis sibi velit? Dicendum forte quod ipse MELLENIUS alibi adnotavit: typum nummarium adversæ hu-

TOM. II. P. II.

(a) P. x. an. 1698. p. 246.

ius partis forte fortuna, vel studio iunctum esse adversæ uncialis, quæ revera FERDINANDO adhuc Archiduci debetur; id quod titulus semiplenus, in postica legendus, plane conficit. Quin pronuntiandum forte erit: eum ad nummos Anabaptistarum spectare; hi enim solebant sacros textus in nummos suos adsumere.

TENZELIUS in suis colloquiis menstruis (a), se vidisse asserit, hanc ipsam averfam nummi partem, iunctam adversæ, quæ Nativitatem Christi Domini representabat, additque: nummum hunc Norimbergæ percussum fuisse. Idem auctor imaginem adversæ huius sumit pro icone Regis ACHAZ: seu, ut ipse loquitur, AHAS, cui ISAIAS Propheta vaticinatus est. MELL. pag. 45.

XLV.

FERDI: *nandus* D: *ei* G: *ratia* RO: *manorum* HVN: *garia* AC: BOE: *mie* ETC: (*et cetera*) REX &C. ANNO ZC. 1546. AETA. *tis* 44. Protome FERDINANDI in toga, cum patagio ex pelli- bus murinis Ponticis, & tessera ordinis aurei velleris, capite pileato & ad lævam converso.

Nummum supposititium esse vel ex facie Imperatoris imberbi (ut nihil dicamus de epigraphe, quæ formulam *et cetera* post vocabulum *anno*, plane inepte immiscet) satis evincitur; cum FERDINANDUS, ut ex nummis sinceris & genuinis patet, iam anno 1546. bene barbatus fuerit (b). *M. S. B. in pl.*

D

XLVI.

(b) Supra num. xxi.

FERDI-
NANDUS
I. IMP.

a

b

FERDI-
NANDUS
I. IMP.

XLVI.

FERDIN: *andus* DVX. AVS: *tria*
REX. VNGA: *ria* POE: *mia* (pro *Bo-*
hemia) ET. ROM: *anorum* ETAT: *is*
XXIII. Protome Regis togati,
cum lato pileo in capite, eoque
cruciculis interstincto, dextror-
sum respicientis.

Epigraphe seu tituli falsita-
tem huius nummi aperte pro-
dunt; quippe qui perperam, ac
inverso plane ordine adscripti
sunt, quando non solum DVX
pro ARCHIDUX (etsi hoc tanti
non esset) legimus, sed & eun-
dem titulum Regiis, præter con-
suetudinem, præponi videmus.
Falsum præterea est, FERDINAN-
DUM anno ætatis XXIII. id est
anno Christi 1526. titulo *Regis*
aut *Romanorum*, aut *Hungariae*,
aut *Bohemiae* gavifum fuisse. Qua-
re nummum ab homine seu im-
perito, seu falsario, confictum
fuisse, necesse est. *M. Imp. ar.*
pond. semunc. 1. dr.

UNCIALES
ET MONETÆ.

Magnus sane numerus Un-
cialium minorisque monetæ in
argento & auro, regnante &
imperante FERDINANDO I. cu-
sus fuit in Bohemiæ æque ac
Hungariæ regnis, ceterisque pro-
vinciis Austriacis, quorum ty-
pos exhibet *Adamus BERG* (a).
Illos omnes longum esset & o-
perosum hic singillatim recense-
re. Dabimus tamen typos ele-
gantiores, vel a MELLEONIO col-
lectos, vel ab aliis scriptoribus
suppeditatos, vel denique in scri-
niis nostris adservatos.

(a) Neu Münz - Buch de an. 1604. p. 2.
& seqq.

XLVII.

Tab. IV.

Epigraphe utriusque partis
hæc est: FERDINAN. *us* D. *ei*
G. *ratia* BOEM. *ia* HVNG. *aria*
DAL. *matia* CROA. *tia* REX. IN-
FA. *ns* HISP. *aniarum* ARCHID. *ux*
AVST. *ria* DVX. BVR. *gundia* SLE.
sia MAR. *chio* MORAVIA. Imago
Regis cataphracta & aureo vel-
lere conspicua, cum corona in
capite, ad media usque femora,
dextra sceptrum, sinistra capu-
lum gladii bellatoris tenentis:
quorum alterum, ut recte ait
MELLENIUS, *regende* ditionis:
tuende vero alter symbolum esse
solet.

Quod in area florum genus
hinc & inde conspicitur, haud
dubie ornatus causa additum
est, aut certe flammulæ sunt ex
aureo vellere defumptæ: male
tamen effictæ.

In averfa scutum maius co-
ronatum repetita *Bohemia* &
Hungaria insignia exhibet, qui-
bus in medio imposita parmula,
Austria & *Castilia* tesseras refe-
rens, adposita hinc inde æra
Christi 1529. MELL. p. 48.

XLVIII.

Non discrepat hic nummus
a præcedenti, neque si adver-
sam, neque si averfam spectes:
nisi quod formæ paullo minoris
sit, & in huius averfa defint
flammulæ ex torque aurei vel-
leris. Scribitur præterea AVST.
ria: in priori vero AVS *tria*. DE-
WERDECK in *Siles. numis. tom. 1.*
p. 112. n. 6.

XLIX.

FERDINAN. *us* D. *ei* G. *ratia*
ROMA *norum* BOEMI. *e* HVNG. *a-*
ria

Tab. IV. *ria & Z. (et cetera)* REX. Icon Regis ut num. XLVII.

In averfa tituli fic continuantur: INFANS. HISPANIAR. *um* ARCHIDVX. AVSTRIE. & Z. (*et cetera*).

Aquila simplex, fcutum quadripartitum pectore gerens, quod repetita *Bohemia Hungaria*que infignia continet, fuperimpoſita parmula media, *Austriaco-Caſtellana*.

Notat ad hunc typum Cl. MELLENIVS: fimiles fere unciales nummos, variis annorum numeris (puta ab anno 1547. ad annum 1558. uſque) adverſa parte notatos, extare, qui barbatam Principis exhibent effigiem, ſub qua modo parmula *Austriaca*, modo figla F coronata conſpicitur, nominis FERDINANDI compendium.

Huius generis uncialis cum ſcutis *Bohemia & Hungaria* adſervatur quoque in muſeo *Buoliano*, adpoſita æra 1552.

Nummus hic aliique fimiles præcedentes, ſecundum regulas, a Cl. KOEHLERO latas, in regno *Bohemia* percuffi ſunt; quia nimirum leo *Bohemicus* faſciis *Hungaricis* in clypeo ordine anteponitur.

Id quod confirmat nummus, num. LI. producendus, qui cum in regno *Hungaria*, citra controverſiam, ſignatus ſit, teſſeras eiusdem prima exhibet areola. MELL. p. 53.

L.

FERDINANDVS. D:ei G:ratia EL. ectus RO: manorum IMP: erator S: emper AVG: uſtus GER. mania H. ungaria BOHEM. ia & C.

TOM. II. P. II.

(a) Syll. numm. p. 63.

REX. INF: ans HISP: aniarum FERDINANDUS I. IMP. ARCHID. ux AVSTR. ia. Hæc utriusque faciei perigraphæ.

Adverſæ imago in eo differt a præcedentibus, quod hic FERDINANDUS cum promiſſa barba compareat, æraque Chriſti 1559. in area prioris partis locetur, inferius quoque parmula, faſciam *Austriacam*, ceu gentilitiam FERDINANDI teſſeram complectens, obſervetur. Quod quidem innuere videtur, nummum ex argento *Bohemico*, ſed in officina quadam *Austria*, & quidem cis Anaſum, atque adeo *Vienna* percuffum. Alios eiusdem formæ ſe tenuiſſe, addita æra Chriſti 1560. aſſerit MELLENIVS, loco infra citando, ubi parmula iſta, protome Imperatoris ſubiecta, leonem coronatum, *Bohemia* teſſeram, continet.

Poſtica aquilam *Imperialem* coronatam exhibet, cuius pectori idem ſcutum, quod in proxime antecedentibus, imprefſum eſt.

Notandum porro, FERDINANDUM *Electum Imperatorem* appellari, qua formula etiam ſucceſſores ex eo, quo a ſummo Pontifice coronari omiſerunt, uſi ſunt. Addidit præterea *Germania Regis* appellatorem, quam dignitatem iam aliquot retro ſeculis cum *Imperatoris* axiomate coniunctum fuiſſe, tradit laudatus MELLENIVS (a).

Plures diverſosque in *Bohemia* regno percuffos unciales, minorisque monetæ nummos typis exhibet *Adamus BERG* (b). Id. p. 64. D 2 UN-

(b) Pag. 7. adverſa & ſeqq.

FERDI-
NANDUS
I. IMP.UNCIALIS
HUNGARICUS.

LI.

FERDINAND. *us* D. *ei* G. *ratia*
ROM. *anorum* HVN. *garia* BOE.
mia DAL. *matia* C. *roatia* REX.
Icon Cæsaris ut num. præceden-
ti: dempto tamen ordinis aurei
velleris insigni.

Aversa titulos eiusdem sic
prosequitur: INF. *ans* HISPA.
niarum ARCHIDVX. AVSTRI. *e*
DVX. BVR. *gundia*. 1555. Aquila
simplex cum clypeo quadri-
partito. Primus & secundus
quadrans insignia *Hungariae* com-
plectitur, tertius *Dalmatia*,
quartus *Bohemia*: supra clype-
um eminet imago B. V. MARIE,
Patronæ Hungariæ: & ad ut-
rumque latus adscriptæ siglæ K.
B. *Kremnitz, Bania*: locus nimi-
rum, ubi nummi huius regni
signari solent.

Advertit hic Doctiss. MEL-
LENIUS: uncialem hunc, annum
quidem 1555. præferre, sed e-
undem typum aliorum quoque
tam præcedentium, quam sub-
secutorum annorum numeris
reperiri. Talem in scriniis no-
stris asservamus de anno 1554.
sed qui semunciam duntaxat ap-
pendit. Variat quoque leviter
epigraphe averse: ubi scribitur
Austrie, ceteris ex asse corre-
spondentibus.

Addo, quod FERDINANDO
auctore statutum sit, ut, ad ex-
emplum MATTHIÆ Regis, imago
Beatissimæ genetricis Dei MA-
RIÆ, in Patronam regni assum-
ptæ, in nummis Hungaricis con-
servetur (a). *Id.* p. 57.

(a) Vid. observat. hist. Hamburg. ad an.

UNCIALIS IN AUSTRIA,
TRANS ANASUM,
CUSUS.

Tab. IV.

LII.

† FERDINAND. *us* D. *ei* G. *ratia*
ROM. *anorum* VNG. *aria* BOE. *mie*
DAL. *matia* CRO. *atia* ETC. *etera*
REX. Effigies Regis, fere ut
num. XLVIII.

In postica facie continuantur
tituli: † INF. *ans* HISPA. *niarum*
ARCHIDVX AVSTRIE. DVX. BVRG
undia. Aquila simplex, scutum
quadripartitum pectore gestans.
In primo quadrante tenix *Hun-*
gariae. In secundo, leo *Bohemi-*
cus. Tertius *Austriae* & *Bur-*
gundia tesseras iunctas habet.
Quartus denuo quadripartitus,
repetita insignia *Castiliae*, & *Le-*
gionis complectitur. In imo de-
nique, atque in ipsa inscriptio-
nis peripheria, minor apparet
parmula *Austriae trans Anasum*.
Inde vero colligitur, nummum
hunc in Austria Superiori cusum
esse.

Vidi, & alium nummum
minoris valoris ex argento, in
musæo *Buoliano*, pond. 1½. *dr.* cui
in imo averse impressa parmula
scutaria *Austriae Inferioris*. *M. S.*
B. ar. pond. 1. unc. MELL. p. 55.

LIII.

† FERDI: *nandus* D. *ei* G. *ratia*
RO: *manorum*. VNG. *aria* BOE.
mie DAL. *matia* CRO. *atia* ZC:
(*et cetera*) REX. Effigies Re-
gis ut num. XLVII.

Epigraphe averse præceden-
ti convenit. Aquila simplex,
pectore parmulam a summo bi-
partitam gestans, impressis *Ca-*
stiliae & *Austriae* tesseras.

Simi-

Tab. IV.

a Similis fere uncialis cum par-
mula provinciæ *supra Anasum*
cusus fuit anno 1556. (a). Sed
in aduersa FERDINANDI effigies
sinistram respicit, & in umbone
aversæ aquila simplex scutum
quadripartitum pectore gerit :
primus quadrans fascias *Hunga-*
rie continet : secundus leonem
Bohemie : tertius *Austria & Bur-*
gundie tesseras habet : quartus
denuo bipartitus, repetita *Casti-*
lie & Legionis insignia comple-
ctitur. *M. S. B. ar. pond. 1.*
unc. M. BUOL. ar. pond. semunc.
2½. dr. & apud MELL. p. 51.

UNCIALES
CARINTHIACI.

LIV.

FERDINAND. *us* D. *ei* G. *ratia*
ROM. *anorum* HVN. *garia* BOE.
mia DA. *lmatia* C. *roatia* REX. Ef-
figies Regis ut num. XLVIII.

Auersa titulos sic continuat:
INF. *ans* HISP. *niarum* ARCHI-
DVX. CARINTIE. DVX. BVR *gun-*
dia. Aquila simplex, scutum *Ca-*
rinthie pectore gerens.

De origine & antiquitate ti-
tuli *Archiducis Carinthie*, qui
in hoc & tribus sequentibus
nummis recurrit, nec non quo
sensu hic accipiendus sit, dixi-
mus Parte I. huius Nummothe-
thecæ (b) : quo quidem L. B.
remittimus. De eodem titulo
longe aliter, licet more suo co-
piose & erudite sentit unacum
c R. P. REIFFENSTHUL (c) Clar.
KOEHLERUS *in deliciis nummari-*
is P. III. p. 289. unde hunc
uncialem eduximus.

(a) Vid. Collect. uncial. Hamburg. 1739.
Tab. xxxvi. n. 1.

LV.

FERDINAND: *us* D: *ei* G: *ratia*
ROM: *anorum* HVN: *garia* BOE: *mia*
D: *almatia* CR: *oatia* REX. Pro-
tome Regis ut num. L.

FERDI-
NANDUS
I. IMP.

In auersa sequitur, præmis-
sa crucicula, reliqua pars inscri-
ptionis : INF: *ans* HIS: *paniarum*
ARCHIDV X CARINTIE : D: *ux*
BVR: *gundia* 1557. Aquila sim-
plex scutum pectore gerens, cui
impressa sunt insignia *Carinthie*.
In infimo huius auersæ loco globi
Imperialis, supra in crucem de-
sinentis, figura inscripta est,
numerus 72. referens : qui cer-
tam minoris pecuniæ summam,
cruciatas, quos vocant, num-
mis constantem, & uncialis no-
stri pretio æquipollentem, deno-
tat. MELL. p. 60.

LVI.

FERDINAN. *us* D: *ei* G: *ratia*
ROM. *anorum* IM. *perator* SEM.
per AVG. *ustus* GER. *mania* HVN-
garia. Effigies Cæsaris, ut num.
L. adiecta hinc inde æra Christi
1559.

Auersa titulos eiusdem sic
prosequitur : BO. *hemia* ZC. (*et*
cetera) REX. IN. *fans* HI. *spania-*
rum ARCH. *idux* AVS. *trie* E. *t*
C. *arinthia* ZC (*et cetera*). Aquila
Imperii biceps coronata, pe-
ctore scutum præfert, tessera
Carinthie insignitum. Infra, uti
in præcedenti typo, numerus
72. globo inscriptus.

Nummus hic uncialis in Ca-
rinthia, ut præcedentes duo,
percussus, Imperatorius est ; uti
præter aquilam bicipitem, titu-
lus quoque edocet. *Id. p. 62.*

D 3

LVII.

(b) Proleg. v. pag. XLIV. in inferiori margine.
(c) Germ. Austr. p. 68.

FERDINANDUS
I. IMP.

Tab. V.

LVII.

FERDINAND. us D: ei G. ratia
EL. ectus RO. manorum IM. perator
s. emper AVG. ustus GER. mania
HVNGARIA BO: hemia ZC. (et
cetera) REX. IN. fans HI. spania-
rum ARCHI. dux AVS. tria E. t
C. arinthia ZC: (et cetera). Hæc
utriusque partis epigraphe.

Adversa Imperatorem sistit
ut num. L. adposita in umbone
nota chronologica 1560.

Aversæ typus cum præcedenti
convenit.

De *Electi Romanorum Imperatoris*
titulo, quem FERDINANDUS
in hoc & sequenti unciali
quoque adhibet, non nihil di-
ximus superius ad num. XXV.
& L. *M. S. B. arg. pond. sem-
unc.*

UNCIALIS TYROLENSIS.

LVIII.

† FERDINAND. us D. ei G. ra-
tia EL. ectus RO. manorum IMP.
erator AVG. ustus GER. mania
HVNGARIA BOE. mia ZC. (et ce-
tera) REX. INF. ans HISP. ania-
rum ARCHID. ux AVST. ria ZC.
(et cetera). Hæc utraque num.
mi parte continetur inscriptio.
Anticæ effigies cum num. L. fe-
re convenit.

Postica aquilam bicipitem
exhibet, scutum, cui simplex
aquila *Tyrolensis* est inscripta,
pectore gerentem.

Inde vero conficitur, num-
mum, cuius ectypon hic da-
mus, in *Tyrolis* cusum fuisse.
Alii quoque anno 1556. ibi-
dem signati sunt, qui regios

(*) Pag. 10. & seqq.

FERDINANDI titulos, & averso
latere aquilam simplicem exhi-
bent, cuius pectori *Tyrolensis*
tessera pariter est impressa. Tab. V.

Unus mecum communica-
tus fuit ex museo *Buoliano*, an-
no 1561. signatus, forma num-
mi uncialis, cupreus, non ar-
genteus. Adversa globum, cru-
ce instructum, valorem mino-
ris monetae, num. 60. impres-
sum exhibet: in averfa sistitur
aquila biceps, clypeum pecto-
re gerens quadripartitum, in-
signia *Hungaria* & *Bohemia* re-
petita exhibens, quibus impo-
sita parmula media *Tyrolensis*.
Ex his intelligitur, nummum
quidem vel falsum esse, vel
certe exemplum ac formam ve-
ri uncialis cupro expressam: at-
tamen ad regulas de valore mo-
netæ, eo tempore latas, ex-
actam.

Adservamus & nos in scri-
niis nostris eiusmodi nummum,
cui in epigraphe averfæ inscri-
ptus est annus 1558. alios item
duos, de annis 1560. & 1563.
cum scuto maiori, insignia *Hun-
garia* & *Bohemia* referente, im-
posita parmula media *Tyrolensi*,
sed addito in averfa valore 60.
cruciatorum; qui numerus glo-
bo adscriptus est, quem Cæsar
sinistra sustinet. Alios præterea
typos *Tyrolensis* monetae habes
apud laudatum *Adamum BERG*
(a). *MELL. p. 66.* a

MONETÆ.

LIX.

† FERDINANDUS D: ei G: ratia
RO. manorum VNG. aria BOE. mia
DAL. matia CRO. atia ZC. (et ce-
tera)